

Cambridge University Press
978-1-108-02442-6 - Catulli Veronensis Liber
Edited by Emil Baehrens
Excerpt
[More information](#)

CATULLI VERONENSIS
LIBER.

CATULLUS ed. Baehrens.

Cambridge University Press
978-1-108-02442-6 - Catulli Veronensis Liber
Edited by Emil Baehrens
Excerpt
[More information](#)

V = codex Veronensis, id est consensus librorum **G** et **O**.

G = codex Sangermanensis saec. XIV.

O = codex Oxoniensis saec. XIV.

S = codices interpolati (siue unus siue plures siue omnes).

≡ rasuram unius litterae notat.

Ubi libri **V** lectionibus emendationum auctores non adiecti sunt, Ital-
lis siue in **S** siue in editionibus uetustissimis eas deberi scias. — uoces
in **V** omissae litteris quas uocant *cursiuis* in textu expressae sunt.

Quoi dono lepidum nouum libellum
 Arido modo pumice expolitum?

TESTIMONIA. 1—4. Ausonius praefatio Griphi (p. 189 Bip.): ‘dein cogitans mecum non illud Catullianum Cui dono — libellum.’ — idem praef. ad Pacatum (p. 332 Bip.): ‘Cui dono lepidum nouum libellum? Veronensis ait poeta quondam’. — Terentianus Maurus 2560 sqq.: Exemplis tribus hoc statim probabis docti carmine quae legis Catulli: Cui dono — expolitum. Meas — nugas’. — Marius Victorinus p. 148 Keil: ‘nam quidam et trochaeum et iam-bum in ea sede collocasse reperiuntur, inter quos et Catullus est sub exemplis huius modi: cui dono — expolitum. Meas — nugas’. — Caesius Bassus p. 260 sq. Keil: ‘solebat incipere . . . apud Catullum hendecasyllabus . . . a trochaeo: Arido — expolitum, ab iambo: meas — nugas.’ — Atilius Fortunatianus p. 298 K.: ‘talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte: pumice expolitum’. — Schol. Veronens. ad Verg. ecl. VI 1 p. 73 K.: ‘uel Veronensis Catullus . . . Arido — nugas’ (*perit in codice primus uersus*).

2. Seruius ad Aen. XII 587: ‘Pumicem autem iste masculino genere posuit et hunc sequimur. nam et Plautus ita dixit, licet Catullus dixerit feminino’. — Isidorus Orig. VI 12, 3: ‘circumcidì libros Siciliae primum increbuit; nam primo pumicabantur. unde et Catullus ait: Cui dono — expolitum’. — Ex Isidoro sua hausit Pastrengicus de originibus rerum p. 88^b haec afferens: ‘Siculi libros primum circumcidere coeperunt, cum ante pumicarentur, de quo Catullus: Qui dono lepidum nouum libellum, arrida modo Punicae expolitum. Idem’ (h. e. Isidorus). — aut huc aut XXII 8 respexit Plinius hist. nat. XXXVI 154: ‘sed hi pumices, qui sunt in usu corporum leuandorum feminis, iam quidem et uiris atque, ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo’.

VARIETAS LECTONIS. Catullus Veronensis poeta **O manu paulo recentiore**, ut uidetur. Catulli Veronensis liber incipit. ad Cornelium **G rubr.** || 1 Quoi] Qui **V** *Pastrengicus*, Cui Ausonius, metrici, Isidorus || 2 Arido **V**, metrici, schol. Veronens., Isidorus: Arrida *Pastrengicus* Arida Itali ex Seruio | Punicae *Pastrengicus*

4

Corneli, tibi: namque tu solebas
 Meas esse aliquid putare nugas,
 5 Jam tum cum ausus es unus Italorum
 Omne aeuum tribus explicare cartis
 Doctis, Iupiter, et laboriosis.
 Quare *tu* tibi habe mei hoc libelli
 Qualecumque; quod, *o* patrona uirgo,
 10 Plus uno maneat peremne saeclo.

3. sq. Plinius hist. nat. praef. 1: 'namque tu solebas istas esse [ita scripsi: de codd. cf. Detlefsen adnot.] aliquid putare nugas, ut obiter emolliam ['obicere molliam' codd., corr. Barbarus] Catullum conterraneum meum (agnoscis et hoc castrense uerbum); ille enim, ut scis, permutatis primoribus [ita scripsi: 'prioribus' codd.] syllabis duriusculum se fecit quam uolebat existumari a Veraniolis suis et Fabullis'; cf. fragm. 2.

5—7. Pastrengicus de orig. rer. p. 16^a: 'de illo dici possit quod scribit Veronensis poeta dicens: Ausus quidem unus Italorum Omne aeuum tribus explicare chartis. i. uoluminibus Jupiter doctis et laboriosis'.

4 mea (*uel* meo) sese aliquot *Marii Victorini* codd. || 5 tum] tn **O** tam **G** | es] ē **V** || 8 Quare tu tibi habe *scripsi*: Quare tibi habe **V** Quare habe tibi *uulgo* | mei hoc libelli *scripsi*: quicquid hoc at *mei*
 libelli **G** quicquid hoc libelli **O** || 9 quod *o Palladius*: quod **V** | patronē per te *Handius quaest. Catull. a. 1849 p. 4.* || 10 perīe (*id est* perimne, *ut oe = omne*) **O**: perenne **G**

I

Passer, deliciae meae puellae,
 Quicum ludere, quem in sinu tenere,
 Quo primum digitum dare adeptenti
 Et acris solet incitare morsus,
 5 Cum desiderio meo nitenti
 Karum nescio quid lubet iocari
 In solaciolum sui doloris
 (Credo, tum grauis acquiescat ardor):
 Tecum ludere sicut ipsa possem
 10 Et tristis animi leuare curas!

II

Si qui forte mearum ineptiarum
 Lectores eritis manusque uestras

I 1. Caesius Bassus p. 260 K.: 'nam et hendecasyllabus . . solebat incipere . . apud Catullum a spondeo: Passer deliciae meae puellae'. — Atilius Fortunatianus p.-293 K.: 'ecce et phalaecium metrum partem primam de antispastico metro habet, sequentem de iambico, ut passer — puellae.' — Censorinus de metris p. 71 Hultsch: 'undecim syllabarum Phalaecius: passer — puellae'.

I. *Interstitialius unius uersus a carmine priore separatum in V; quo in interstitialius Fletus passeris Lesbiae inscribit G (litt. rubr., ut semper)*

at. patenti

|| 2 Qui cum **O** || 3 Quoi! Qui **V** | at petenti **O** at petenti **G** || 4 Et **G**: Ea **O** || 6 Karum **O**: Carum **G** | lubet *scripti*: libet, *marg.* at iubet, **O** libet **G** || 7 In *Itali*: Et **V** Ut *Bernh. Pisanius Ad Doeringius* || 8 tum *scripti*: ut cum **V** | acquiescat **O**: adquiescat **G** | ut tum gr. acquiescat *Bapt. Guarinus* uti gr. acquiescat *Schraderus* || 9 Tecum **G**: Tecum, *marg.* at. secum, **O** | ludere, sed erasa super e altero *uirgula*, **O**: at. ludere luderem **G**

Non horrebitis ammouere nobis:
 Tam gratum est mihi quam ferunt puellae
 5 Pernici aureolum fuisse malum,
 Quod zonam soluit diu ligatam.

III

Lugete, o Veneres Cupidinesque,
 Et quantum est hominum uenustiorum:
 Passer mortuus est meae puellae,
 Passer, deliciae meae puellae,
 5 Quem plus illa oculis suis amabat;
 Nam mellitus erat suamque norat
 Ipsam tam bene quam puella matrem;
 Nec sese a gremio illius mouebat,
 Set circumsiliens modo huc modo illuc
 10 Ad solam dominam usque pipiabat.
 Qui nunc it per iter tenebricosum
 Illuc, unde negant redire quemquam.
 At uobis male sit, malae tenebrae
 Orci, quae omnia bella deuoratis:
 15 Tam bellum mihi passerem abstulistis.

II 6. Priscianus p. 16 H.: 'similiter Catullus Veronensis Quod zonam soluit diu ligatam inter hendecasyllabos phalaecios posuit; ergo nisi soluit trisyllabum accipias, uersus stare non possit'.

III 12. Seneca apocolocyt. XI (p. 62 sq. Buech.): 'Nec mora; Cyllenius illum collo obtorto trahit a caelo illuc unde negant redire quemquam'; quibus in uerbis 'illuc' a codd. omissum restituit Muretus.

II. uersus 1—3 post XIV 23 ponit **V**: *huc transposuerunt Pleitnerus, de Cat. epithal. Dillingae 1858, et R. Klotzius, em. Catull. p. 14, ita ut carmen II ante I collocarent; uersus 4—6 sine interstitio cum I 10 coniungit **V** || 3 admouere **G** || 6 ligatam Priscianus: negatam. at ligatam **G** negatam 0*

III. *Adhaeret priori sine interstitio in **V** || 3 in uerbis meae puellae et 4 in deliciae meae puellae litteras ae ex e correctas habet **G**: simplex e 0 ubique || 9 circum siliens **G**: circum silens, marg. at siliens, 0 || 10 pipiabat Is. Vossius: piplabat **V** pipilabat 5 Itali || 11 tenebrosum **V** at. q. || 12 ^ Illud, marg. ^ at illuc, 0: Illud **G** || 14 Orciq; **G**: Orciq; 0*

II, 3 — IV, 5.

7

O factum male! io miselle passer,
 Tua nunc opera meae puellae
 Flendo turgiduli rubent ocelli.

IV

Phasellus ille, quem uidetis, hospites,
 Ait fuisse nauium celerrimus,
 Neque ullius ratantis impetum trabis
 Nequisse praeterire, sive palmulis
 5 Opus foret uolare siue linteo.

III 17 sq. Scholiasta Juvénalis VI 8 ed. Kramer p. 598:
 'Alludit ad uerba Catulli conquerentis de passere mortuo. Catullus:
 Tua — ocelli'.

IV. cf. omnino parodia in epigrammatum, Vergilio quae adtribuntur, octauo. — 1. scholiasta Bernensis ad Verg. Georg. IV 289 (p. 971 Hagen): 'phaselis; genus nauium pictarum. sicut phasillus ille quem aiunt [auctores] esse nauium celerrimum. quem habuit hospes Serenus' [cf. Anal. Catull. p. 24]. — Terentianus Maurus 2276: 'Ante ergo uersum collocabo iambicum: Phaselus — hospites' (cf. et 2283, 2311, 2376, 2379, 2424, 2426, 2431, 2432, 2445, 2469). — Marius Victorinus p. 134 K.: 'exemplum ergo trimetri iambici erit phaselus — hospites'. — Augustinus de musica V 5: 'Neque quisquam umquam uersum esse dubitauit Phaselus — hospites?'. — Idem 11: 'Etiam istum uersum metire, si placet, et mihi de membris eius pedibusque responde 'Phaselus — hospites'. — Idem 16 'Et phaselus — hospites primum membrum habet phaselus ille in semipedibus quinque, secundum in septem quem uidetis hospites'. cf. et eundem apud Maium in script. uet. noua collect. III, 3, 132 c. 17, 18, 19. — Censorinus p. 68 Hultsch: 'Trimetros iambicos latine senarius dicitur, cuius exemplum phaselus — hospites'. — scholiasta Lucani V 518 p. 389 Web.: 'phaselo. genus nauis, ut ait Catullus [Plautus' codd.]: Phaselus — hospites'.

16 O factum male o (io Lachmannus) miselle passer *Itali*: Bonum factum. male bonus ille passer **V** || 17 Mea et 18 turgidoli *schol. Juvenal.* | meae puellae *ex* mee puelle (*sic* **O**) corr. **G**

IV. *Interstitialium unius lincae in V, quod De phaselio (ex phasello corr.) inscribendo explet G* || 1 hasellus litt. initiali om. **O**: phaselus **G** phasillus *schol. Bernensis Vergili*, fatalis *Coloniensis Censorini* (*ex fas-*
selis corruptum?) || 2 Aiunt f. n. celerrimum (*sed celerimum* **O**) **V** *et* *schol. Bern. Verg.* || 3 Neq; illius n. i. tardis **V** || 4 Neq; esse pr. sine p. **V**; *puto* Nequisse || 5 sine **V**

Et hoc negat minacis Adriatici
 Negare litus insulasue Cycladas
 Rhodumque nobilem horridamque Thraciam
 Propontida trucemue Ponticum sinum,
 10 Ubi iste post phasellus antea fuit
 Comata silua: nam Cytorio in iugo
 Loquente saepe sibilum edidit coma.
 Amastri Pontica et Cytore buxifer,
 Tibi haec fuisse et esse cognitissima
 15 Ait phasellus: ultima ex origine
 Tuo stetisse dicit in cacumine,
 Tuo imbusse palmulas in aequore,
 Et inde tot per impotentia freta
 Eram tulisse, laeva siue dextera
 20 Vocaret aura, siue utrumque Iupiter
 Simul secundus incidisset in pedem;
 Neque ulla uota litoralibus deis
 Sibi esse facta, cum ueniret a marei
 Nouissimo hunc ad usque limpidum lacum.
 25 Set haec prius fuere: nunc recondita
 Senet quiete seque dedicat tibi,
 Gemelle Castor et gemelle Castoris.

IV 25 sq. Charisius p. 252 Keil: 'senesco autem nunc in usu est frequens, apud antiquos tamen et seneo dicebatur. unde et Catullus [‘catulus’ codd.] sic rettulit: nunc recondita senet [‘st’ N, ‘sunt’ P] quiete seque dedicat [‘qui seneseq: didicat’ P] tibi gemelle Castoris'. — Diomedes p. 344 K.: 'nam senesco et seneo apud antiquos dicebatur; unde et Catullus: nunc recondita [ita B : ‘nunc

6 Et h' (= haec) **O** | mina ei adriatici **V** || 7 insula uegeladas **V**
 cieladas **G** || 8 tractam **V** || 9 sinum **G**: simā **O** || 10 Ubuste **O** | phasel-
 lus **O**: phaselus **G** || 11 silua *in margine habet* **O** | citeorio **V** (*sed in*
O *a* citeono *uix dinosci potest*) || 13 citheri **V** || 14 cognotissima **V** || 15
 phaselus **O**: phaselus **G** || 17 Tuas **O**: Tuas **G** | in i buisse **G** || 19 He-
 rum **V** || 20 Vocare cura **V**; uagaret aura *Lachmannus ad Lucr. p. 178*
 || 22 litoralibus **O** | diis **V** || 23 a marei *Lachmannus*: amaret **V** a mare
 uulgo || 24 Nouissime **V** || 25 h' (*id est haec*) ita ut ab h (= hoc) *uix*
discerni queat **O**: hoc **G** | recomdita **O** || 27 Castor **s** *Diomedes*: castru
 at castorum
O castrum **G**; *fuitne antiquitus* Castur?

Cambridge University Press

978-1-108-02442-6 - Catulli Veronensis Liber

Edited by Emil Baehrens

Excerpt

[More information](#)

IV, 6 — VI, 7.

9

V

Viuamus, mea Lesbia, atque amemus,
 Rumoresque senum seueriorum
 Omnes unius aestimemus assis.
 Soles occidere et redire possunt:
 5 Nobis, cum semel occidit breuis lux,
 Nox est perpetua una dormienda.
 Da mi basia mille, deinde centum,
 Dein mille altera, dein secunda centum,
 Deinde usque altera mille, deinde centum.
 10 Dein, cum milia multa fecerimus,
 Conturbabimus illa, ne sciamus
 Aut nequis malus inuidere possit,
 Cum tantum sciat esse basiorum.

VI

Flaui, delicias tuas Catullo,
 Nei sint illepidae atque inelegantes,
 Veleis dicere nec tacere posseis.
 Verum nescio quid febriculosi
 5 Scorti diligis: hoc pudet fateri.
 Nam te non uiduas iacere noctes
 Nec quidquam tacitum, cubile clamat

recordita' M 'non recordata' A] senet quiete seque dedicat ['dictebat' B M 'dicebant' A] tibi gemelle Castor et gemelle Castoris ['gemelli castores' B]. — Priscianus p. 483, 84 H.: 'ut a seneo senectus Catullus ['catulus' codd.]: sed haec fuere ['feruere' G L]; nunc recondita senet quiete ['quite' uel 'qui te' codd.].'

V. *Unius uersus interstitio a IV separatum in V* (Ad lesbiam *inscribit in illo G*) || 1 iuamus 0 || 3 estimemus 0 extimemus G || 4 occidere 0 || 5 Nobiscum V || 8 Deinde mille altera deinde secunda 0 Deinde mi ≡ ≡ altera da ≡ ≡ secunda G ita ut a in da ex corr. sit || 10 Deinde V | millia G || 11 Conturbabimus V | nesciamus V || 13 tantus sciat V sciet *Buechelerus mus. Rhen. XVIII 401 ex priapeo 52, 12.*

VI. *Adhaeret priori in 0; in interst. unius uers.* Ad Flauium *inscribit G* || 1 catulo 0 || 2 Nei *Lachmannus*: Ne V Ni uulgo || 3 Veleis — posseis *scripti*: Velles — posses V Velis — possis N. *Heinsius Aduers. p. 634* || 5 hoc G: hⁱ (= hic) 0 || 7 Nec quidquam *scripti*: Nequid quam 0 Nequicquam G

10

CATULLUS

Sertis et Syrio fragrans oliuo
 Puluinusque peraeque et heic et illeic
 10 Attritus tremulique lassa lecti
 Argutatio inambulatioque.
 Nam mi stupra ualet nihil tacere.
 Cur? non tam latera ecfututa pandas,
 Nei tu quid facias ineptiarum.
 15 Quare, quidquid habes boni malique,
 Dic nobis. uolo te ac tuos amores
 Ad caelum lepido uocare uersu.

VII

Quaeris, quot mihi basiationes
 Tuae, Lesbia, sint satis superque.
 Quam magnus numerus Libyssae harenæ
 Lasarpiciferis iacet Cyrenis
 5 Oraclum Iouis inter aestuosi
 Et Batti ueteris sacrum sepulcrum;
 Aut quam sidera multa, cum tacet nox,
 Furtiuos hominum uident amores:
 Tam te basia multa basiare
 10 Vesano satis et super Catullo est,

8 et Syrio *scripti*: asirio **V** ac Syrio *uulgo*. an ḥcuvδētωc: Sertis,
 at hic at ille
 Assyrio? | flagrans **V** | oliuo; fortasse amomo || 9 7 hec 7 illo **G** 7 h'
 (= haec) 7 illo **O**, correxi. et hic et illic *partim*, *partim* et hic et ille
editiones || 10 lassa *scripti*: quassa **V** || 11 in ambulatioq; **V** || 12 Nam
 inista ūualet nich' **O** Nam ni ista preualet nichil **G** Nam ni stupra
 ualet *Scaliger*, quem ita ut nil scriberet secutus est *Hauptius*. Nam mi
 stupra ualet et *Anglus in Ephem. class. XXIV p. 211 et ego conieci-*
mus || 13 ecfututa *Lachmannus*: 7 futura **V** exfututa *Itali* | panda **V** ||
 14 Nei *Marcilius*: Nec **V** Ni *B. Guarinus* || 15 quid quid **O** quicquid
G | boniq; maliq; **O** | *puto* maliae || 17 uersum **O**

VII. *Intersitium unius uersus in V*; Ad lesbiam *inscribit G* || 1 q
 (= quod) michi **V** || 3 libisse harene **O** lybisse arene **G** || 4 Lasarpici
 at fretis

feris iacet tyrenis at cyrenis **G** Lasarpici fecis iaces tyrenis **O** || 5
 at beari
 Oradum **O** Ora dum **G** || 6 Et beati **O** Et beati **G** Et Bati 5 || 17 sy-
 at.basia
 dera **V** || 9 basiei **G**: basiei **O** || 10 catulo **O**